IN I. EPIST. PETRI.

Cap. I.

Verſ. 1. 2.

PEtrus *παρεπιδήμοις, inquilinis, peregrinis ex diſperſione Ponti, juxta præcognitionem Dei Patris, in ſanctificatione Spiritûs* (exiſtentibus) *ad obedientiam & aſperſionem ſangvinis Jeſu Chriſti*, i. e. ita à Spiritu S. illuminatis, & ad novam vitam per fidem regeneratis, ut tanquam incolæ & cives obedientes regni Chriſti, ejus ſangvine ſe aſperſos atque à peccatis mundanos eſſe unicè glorientur, atque in hoc unicum ſolatium ponant.

10. Contra Socinianos & Grotium Commentar. in N. T. ad Luc. 10, 25.

12. Ὅτι οὐχ᾽ ἑαυτοῖς ὑμῖν δὲ) non ſibi, ſed nobis inſervierint illa.

12. Παρακύπτειν) proclinato capite in obliqvum adſpicere. Κύπτω, demitto oculos. It. caput erigere, propriè, inclinare caput, it. proſpicere.

20. 21. Cauſa dilatæ Incarnationis Flii Dei ad ultima tempora mundi.

24. Διότι) quippe, nam.

Cap. II.

Verſ. 6.

ΠΕριέχειν) continere, undique com(am)plecti ac tenere, concludere h. l.

6. Ideò etiam (continetur) concludit (Deus) in Scriptura.

7. Κεφαλὴ γωνίας) i. e. maximus angulus, ad quem facilè impingi poteſt. ראש הפנה

8. *Et* (ſcil. factus eſt lapis, quem reſpuerunt ædificantes,) *lapis offenſionis & petra ſcandali*, ad quam impingunt verbo non credentes, ad quod etiam poſiti ſunt, ſcil. juſto Dei judicio deſtinati ad hanc pœnam, ut videntes non videant, quia non credunt verbo.

13. Ὡς) tanquam, non eſt ſimilitudinis particula, ſed declarationis & demonſtrationis, utpote &c.